

In castrīs Pompeiī vidēre licuit trichilās strūctās,

magnum argentī pondus expositum,  
recentibus caespitibus tabernācula cōnstrāta,  
Lūcī etiam Lentulī et nōnnūllōrum tavernācula prōtēcta hederā,  
multaque preatereā quae nimiam lūxuriam  
et victōriae fidūciam dēsīgnārent,

ut facile exīstimārī posset nihil eōs dē ēventū eius diēi timuīse,  
quī nōn necessāriās conquīrerent voluptātēs.

At hī

miserrimō ac patientissimō exercituī Caesaris

lūxuriam obiciēbant,

cui semper omnia ad necessārium ūsum dēfuissent.